



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1176. Usque Ad Annum 1203

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1763

VD18 90118022

§. 53. Concilium Veronense.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66394](#)

Sæcul. XII. ret. Itaque quolibet illam Sedem,
A.C. 1184. quam prius occupaverat, repetente,
concordia rediit. Ceterum Archiepi-
scopus, non ignorans, quid Abbas mo-
liturus esset, ad hæc comitia quatuor
armatorum millibus cinctus advenerat.

*Sup. Lib.
LVI. §. 9.* Ante annos centum viginti, nempe an-
no millesimo sexagesimo tertio, similia
jurgia nobis occurrerunt, inter Episco-
pum Hildesheimensem & Abbatem Ful-
densem exorta, funestiore exitu.

§. LIII.

Concilium Veronense.

Inde Imperator in Italiam profectus ad
Lucium Papam Veronam venit, quo
se se recipere, eum Romanorum inso-
lentia compulerat. Nam, ut cetera ta-
ceamus, cum illi extra Urbem complu-
res Papæ Clericos comprehendissent,
effossis omnium, uno excepto, oculis,
miseros ad Pontificem remiserunt, qui
Anathemate crudelissimi facti auctori-
bus dicto, relicta Roma, cum suis Vero-
nam venit, ubi usque ad obitum suum
fuit. Cum Papa & Imperatore com-
plures etiam Præsules & Optimates Ve-
ronæ tunc degebant; unde celebratum
est Concilium, quod prima die Augusti
anno millesimo centesimo octogesimo
quarto inchoatum, necdum quarta die
Novembris solutum erat. In hoc Con-
cilio

*Auctt. Aqui-
cinct. an.*

1184. Nang

1183.

Rub. I. 6.

*p. 355. Rad.
de Diceto*

p. 624.

cilio Lucius Papa, edita Constitutione lo- Sæcul. XII.
quitur in hunc modum : A.C. 1184.

§. LIV.

Decretum contra Hæreticos.

Vigore Ecclesiastico excitari nos opor- to. 10. Conc.
tet ad abolendas varias Hæreses, quæ p. 1737.
nostra ætate in plerisque locis pullulare extra de-
coperunt; idque eo facilius effici possè hæret. ad
speramus, quod zelus noster Cæsarea pot- abol. c. 9.
eestate fulciatur. Quare, præsente di- Decret.
lectissimo Filio Nostro Friderico Impe-t. 6. c.
ratore, id suudentibus Fratribus nostris
Cardinalibus, Patriarchis, Archiepisco-
pis & Episcopis, aliisque ex diversis or-
bis partibus Principibus, hoc Decreto no-
stro omnes Hæreses & Hæreticos cuius-
cunque demum nominis, ac inter alios,
Catbaros & Patarenos, qui que falso se
dicunt Humiliatos, seu Pauperes de Lug-
duno, Passaginos, Josephistas, & Arnol-
distas damnamus, & perpetuo anathema-
ti subjicimus. Quia vero non nulli spe-
cie pietatis munus prædicandi sibi arro-
gant, eodem anathematis vinculo constrin-
gimus omnes illos, qui nulla a nobis vel
Episcopi Diœcesani accepta auctoritate
& præcepto, privatim vel publice præ-
dicare ausi fuerint. Damnamus omnes,
qui aliud quam Ecclesia Romana de Sa-
cramento Corporis & Sanguinis Domi-
ni Nostri JEsu Christi, de Baptismo, de
Remis.